



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Philippi Labbei Bitvrici Societatis Iesv Presbyteri, Nova  
Bibliotheca MSS. Librorvm, Sive Specimen Antiquarvm  
Lectionvm Latinarvm Et Græcarvm**

**Labbé, Philippe**

**Parisiis, 1653**

Sectio tertia. Quæ ad Dialecticam & Philosophicam, pag. 46. & 47.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13263**

IANOTTI Manetti Florentini quinque orationes. Ex codice Naudæano.

MALLI Theodori liber de Metris. Ex mss. exemplari.

De generibus versuum, cum epistola, ut fertur, Hieronymi, de pedibus. Ex codice mss.

MARII Victorini de Metris Horatianis. Ex codice Regio 1117. in quo eiusdem de arte Grammatica libri quatuor.

RUFINI Grammatici Antiocheni de Metris Terentianis. Ex codice Regio 1340.

In CATONIS Præcepta Moralia commentarius duas in partes tributus: Prima, auctore Philippo de Pergamo Monasterij S. Mariæ de Vantio ordinis sancti Benedicti in sententias profa duntaxat oratione expositas: Altera in Disticha metra, auctorem habet Robertum de Euromodio Monachum Claravallis, nec quidquam commune habet cum eiusdem in eundem scriptorem breuibus scholiis excusis Basileæ anno 1486. in 4. Ex codice mss. V. C. Gabrielis Naudæ.

BERARDI Moretti, qui Rhetoricam Bononiae docebat sub annum 1459. expositio in Poëma Ouidii aduersus Ibin. Ex mss. eiusdem Bibliothecæ Naudæanæ.

### SECTIO TERTIA.

#### *Quæ ad Dialecticam & Philosophiam.*

THEMISTII de locis Dialecticis. Ex codice 449. mss. Bibliothecæ sancti Germani de Pratis.

GUILLELMI de Conchis Philosophia. Ex codice Thuano 463. Eiusdemque Pragmaticum Philosophia in 669.

HERENNII Philosophi in libros Physicorum incerto interprete. Ex codice Thuano Bibliothecæ 257. in sequenti verò continetur eiusdem Auctoris Græca expositio in Aristotelis Metaphysicam.

ADELARDI Angli quæstiones Physicæ. Ex codice Thuano 330.

Tractatus Arabum de varijs partibus Philosophiae. Ex codice Thuano 165.

Incerti de Elementis. Ex codice Regio 1570.

ALBERTI Teutonici de passionibus aëris, sive impressionibus. Ex codice Regio 1901. Verum magna mihi suspicio est, eumdem hunc esse cum Alberto Magno, cuius opera Lugdunensibus prælis emissæ, iam per Gallias, totamque adeò Europam circumferri incipiunt.

HIEREMIAE de Montagnano Moralium Compendium.. Ex mss.  
Bafil. S. P.

LEONARDI Aretini Isagogicon Moralis Disciplinæ. Ex cod. 2156.  
Regiae Bibliothecæ, in quo varij continentur eiusdem tractatus de  
militia, contra Hypocritas, laudatio Ioannis Strozzi, in Nebulo-  
nem Maledicuum, de origine vrbis Mantua, Dialogorum libri duo,  
de studiis & litteris, pro se ipso, Vita Aristotelis & Ciceronis  
&c. in 923, eiusdem Epistolæ. in 1540. de studiis literarum. n 2030.  
Cicero nouus. In 840. Historia Populi Florentini, quam, nisi  
fallor, exhibet codex 1769. Græcè redditam hoc titulo: De Republi-  
câ Florentinorum.

RAYMVNDI Lulli Practica Arboris Philosophalis, cum opuscu-  
lis Italo-Latinis Magistri Christophori Parisiensis. Ex codice mss.  
In volumine tertio Theatri Chemici excusi Argentorati Triboc-  
corum apud Lazarum Zetznerum 1613. in 8° extat Practica lapi-  
dis pag. 127. & Praxis vniuersalis Magni operis. Verum hæc ad  
sektionem sextam commodiùs fortè referenda fuerant, in quam  
coniecimus, quæ ad Medicinam & Alchemiam propiùs spectant.

## SECTIO QVARTA.

*Quæ ad Mathematicas Disciplinas, præcipue Astrologiam  
pertinent.*

EVCLIDIS Megaren sis libri xv. Elementorum ex Arabicō  
in Latinum sermonem versi per Adelardum Gothum Batho-  
niensem, cum commentariis Campani Nauarriensis. In codice  
629. Bibliothecæ Christianissimi Francorum ac Nauarrorum Regis.

Algorismus M. Ioannis Hispanensis. Ex codice 1089. Regiae eius-  
dem Gaze.

PEDIASIMI de mensura terræ. Ex codice Thuano 334. & alijs.

Variorum Agrimenorum fragmenta. Ex codice Regio 616.

GALEOTI Marci Narniensis de vulgo incognitis, ad Matthiam  
Hungaria & Bohemiæ Regem. Ex codice Regio 1857. Editi sunt eius-  
libri duo de Homine & Doctrina promiscuâ variâ multiplicique  
eruditione referti, Basileæ & Florentiæ.

Cyclus Dionysij de Quadrante Ex codice Thuano 605. ubi &  
nonnulla alia.

Astrologica multa continentur in codicibus 1845. 1905. aliisque Re-  
giæ Bibliothecæ, quæ sigillatim alias explicabuntur.